UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Prodigus

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

Amittit per hæreſim.

20 Priuilegium Canonis amittit Clericus per hæreſim manifeſtam. Ita Villalobos *in ſum. tom 1. tract. 17 diff 22. num. 7.* Portell. *in dub. Reg. verb. Manus violenta n. 4.* & alij *par. 9. tract. 4. reſolut. 12. verſ Sed quid dicendum.*

21 Clericus realiter degradatus amittit priuilegium Canonis: quia ex ca. *Degradamus, in fin. de pœnit. in 6.* Clericus per realem degradationem omni priuilegio Clericali priuatur. Ita tenet Nauarr. *in cap. 17. num. 8. verſ. Nona,* Toletus *lib 1. cap. 34 num 1. verſ. Sextus,* & alij. Licet contrarium afferat Marta, *de iuriſd. part. 2 cent. 2. caſ. in num. 1.* Quia ſemper retinet Ordines, & remanet Character, ratione cuius, ſi die feſto celebraret, cōficeret verū corpus Chriſti *p. 9. tr. 4. r. 29.*

Amittunt priuilegiū clerici ioculatores, bufones, &c.

22 A priuilegio Canonis excluduntur Clerici Ioculatores, Goliardæ, aut Bufones, ſi per annum huic ignominioſo officio vacauerint, argum. cap. vnic. *de vita, & honeſt. Cleric. num. 6.* Ita Suarez *de cenſur. diſp. 22 ſect. 1. num. 14.* Layman *lib. 1. tract. 5 part. 2. cap.... nu. 5.* Molina *tract. 3. diſp. 54. num. 6.* & alij. Excluduntur etiam Carnificij Macellarij, Tabernarij, modò coniugati ſint, vel Habitum Clericalem dimiſerint, & ter ab Epiſcopo admoniti, non deſtiterint. Ita Doctores citati penes Fragoſum *de Repub. Chriſt. tom. 3. lib. 1. diſp. 1. §. 1. num. 28.* & Palaum *tom. 6. diſp 3. punct. 23 §. 1. nu, 8. & 9* Item Clericus enormitatibus ſe immiſcens, & incorrigibilis declaratus. Sic docent Caſtr. Palaus *ſup. n. 11.* & Fragoſ. nō tamen priuilegium fori, quia hoc eſt de iure diuino *n. 26.* Minimè verò per cenſuram aliquam, vel irregularitatem, aut depoſitionem verbalem, Ita Graffius *part. 1. lib. 2. cap. 46* Squillante *de priuil. Cleric. cap. 6. n. 13.* & alij *p. 9. t. 4. reſ. 13.*

23 Clericus per aggreſſionem iniuſtam perſonæ, vel rei alienæ amittit priuilegium Canonis. Ita cum Nauarro, Molina, Bonacina, & aliis, tenent Caſtr. Palaus *tom. 7. diſp. 3. punct. 23. §. 3. num. 5.* & Fragoſus *de Repub. Chriſt. tom. 2. lib. 1. diſp. 2. §. 1. num. 31 parte 9. tractat. 4 reſolutione 24.*

24 Amittit etiam dictum Canonis priuilegium Clericus, qui inueniatur turpiter agere, vel loqui cum vxore, matre, ſorore, vel filia alicuius, vt habetur cap. *Si verò de ſenten. excomm.* Imò & cum ſponſa de futuro affirmant Sanch. 2 *lib. 1. diſp. 1. num 6* Layman *lib 1. tract. 5 par 2. cap. 5 num. 8* & alij Negant verò Madius *tr. de Sacris Ordin. capit 17. numero 2.* Couarruuias *de ſponſ. part. 1 cap. 1. num. 11. ad fin.* & probabile id cenſet Fragoſus. Sed ego non recederem ab affirmatiua ſententia. *parte 9 tractat. 4. reſolutione. 32.*

Inuentus turpiter loqui, aut agere cū vxore, matre, ſorore, &c. amittit.

25 Clericum turpiter agentē cū filia alicuius illegitima amittere priuilegiū Canonis, affirmant Garcias *in Summ. Mor. tract. 1. diff 3. dub. 1. punct. 4. numero 35.* & Ragucius *tit. de excomm. quaſt. 66. num. 6. in vaſe Eccleſ. diſcipl.* Sed ego puto contrarium dicendum eſt, non ſolùm de filia illegitima, ſed etiam de adoptiua, vt rectè obſeruant Coninch *de Sacram diſp. 14. dub. 15. num. 196.* & Turrianus *de Cenſur. lib. 3. diſp. 29 dub. 2. p. 9. t. 4. reſ. 35.*

Itē ſollicitans fœminam.

26 Clericus ſollicitans fœminam ad turpia non amittit priuilegium Canonis. niſi ita vehementer moleſtus ſit & importunus, vt ſolis verbis repelli nequeat. Suar. *de Cenſur. diſp. 22. ſect 1. num. 33.* & Auila *part. 2. cap. 5 diſp. 3. dub. 13 caſ. 18.* poſt plures quos ibi refert. Licet affirmatiuè reſpondeat Rodriquez *in Summ. tom. 1. cap. 194* Et hæc opinio eſt valde notanda, licet contraria ſit communis *part. 9. tract. 4. reſolut. 38.*

PRODIGVS.

Prōdigus obligatur.

1 PRodigus obligatur ex contractu iuramento facto incommodum alterius, dummodo is, in cuius fauorem factum eſt iuramentum velit ſibi impleri, quod iuratum eſt, ſecus autem ſi careat ea voluntate, vel non acceptauit, vel reuocauit acceptationem Hurtad. tamē dicti cōtractus non tranſeunt ad hæredes, & poſſunt à ſuperiore reuo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cari, quando non ſunt in præiudicium tertij, nec tales contractus poſſunt retineri etiamſi ſint iurati. *part. 8. tra. 7. reſ. 21* & ſi minores 25. annorum abſque conſenſu curatoris non obligantur. *Ibidem reſolutione 20.*

PROFESSIO.

Profeſſio quid?

1 * PRofeſſio Religioſa (de qua hic agimus) eſt ſolemnis promiſſio Deo voluntariè facta à nouitio poſt annum probationis in legitima ætate conſtituto, de tribus votis in aliqua Religione approbata, recepta ab habente poteſtatem incorporandi Religioni. Sic noſter Bordonus *in tract. de prof. relig. cap. 1. quæſt. 2.*

Eſt promiſſio voluntaria. Nam metus, etiã reuerẽtialis irritat profeſſionẽ. Vnde ſtatuit Tridentinũ puellas monachãdas examinari omninò debere de libertate Ab Epiſcopo.

2. Dictum eſt *voluntariè*, nam profeſſio metu facta non tenet †. Non ſolum ſi metus ſit grauis, ſed ex declaratione ſacræ Congregationis apud Rodriquez *in comp. reſ. 101 num. 78.* & Rota Romana apud Pontium *lib 4. cap. 11 num 15. & 16.* etiam reuerentialis *part. 3. tract. 2. reſ. 92.* Et quia huic metui obnoxiæ præcipuè ſunt puellæ, Tridentinum in *ſeſſ. 25. cap. 17.* ad hoc vitandum ſtatuit, vt ante profeſſionem, & (ſi ſint puberes) ante etiam habitus ſuſceptionem examinentur de libertate. Si verò in habitus ſuſceptione ſint impuberes, examinentur ſolum ante profeſſionem, ſecundùm Suarez *tom 3. lib. 5. cap. 1. num. 9.* fruſtra exiſtimantes examinari in ætate tã tenera. Immò id vſu fieri conſueuit etiam cum puberibus, vt obſeruat Sanchez *in ſum. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 84.* quamuis Vechius *diſp. 52. dub. 9 num. 16.* adducat declarationem Sacræ congregationis, quod impuberes non poſſint admitti, ne ad habitum quidem. Hoc tamen examen non poteſt omitti abſque mortali, tam ex parte profitentis, quam acceptantis, & debet fieri ab Epiſcopo, etiamſi Monaſterium ſit exemptum, vt declarauit Sacra Congregatio, & notat Piaſecius *p. 2. c. 3. art. 7. n. 8. p. 3. t. 2. reſ. 47.*

3. In dubio, an metus incuſſus fuerit, & an fuerit iuſtus, & ad irritandam profeſſionem, ſufficiens; ſicut in dubio, an Religioſus habuerit animum ſe obligandi ratione metus, præſumendum eſt in fauorem profeſſionis, quæ cum ſit certa, non debet priuari ſua poſſeſſione ob excuſationem dubiam. Vechius *diſp. 13. dub. 12. num. 22. part. 4. tract. 3. reſ. 55.* In dubio autẽ, an Religioſus ſuam profeſſionem ratificauerit, infra quinquennium præſumitur non ratificaſſe, poſt quinquennium ratificaſſe, quia Tridẽtinum *cap. 19.* infra quinquennium permittit talem audiri, & non poteſt. Quod etiam procedit pro foro conſcientiæ, vt ait Merolla *tom 1. diſp. 3. c. 3. num 283. par. 4 tract. 3. reſolut. 49.*

In dubio an te an profeſſio ſit inualida propter metũ iudicandũ in fauorem ipſius.

In dubio, an Religioſus ratificauerit, infra quinquenniũ præſumitur non ratificaſſe, poſt quinquẽniũ ita.

4. Sed hic aduerte primò, quòd ſecundùm Bonacinam *de clauſ. quæſt. 2. punct. 10. diff. 4. n. 5.* hæc diſpoſitio Concilij in foro externo habet locum, etiamſi quis infra quinquennium non reclamauerit ex ignorantia, vel impotentia: quia non diſtinguitur, & Religio cum gaudeat priuilegio minoris, debet iuuari à poſſeſſione, ſicut pro omni cauſa reſtitutionis in integrum inter duos minores ſtatuitur in *l. ſi minor, ff. de minor.* Sed Sanchez *de matr. tom. 2. lib. 7. diſp. 37. à nu. 22.* benè negat, Immò Suarez *tom. 3. lib. 7. c. 3 n. 14.* benè ait, talem audiri poſſe poſt quinquennium, etiamſi habitum temerè dimiſſum reaſſumpſerit, non obſtante Concilio ibi, *ſi habitum ſponte dimiſerit, nullatenus ad allegandam quamcumq; cauſam admittatur. part. 3. tr. 2. reſ. 53.*

Diſpoſitio autem Tridentini de, nõ audiendo Religioſum ultra quinquenniũ, nõ procedit cũ eo, qui in quinquennio ignorauit nullitatem aut impeditus fuit?

5 Cæterum, ſi metus toto quinquennio duraret, profeſſum audiri poſſe poſt quinquennium, tradit Villalobos *tom. 1. tract. 35. diff. 25 n. 8* quamquam Valerus pro parte negatiua afferat reſponſionem Greg. XIII. *V. regularis diff. 2. n. 3.* & Rodriquez *vbi ſup. num 71.* dicat impetrandum eſſe in hoc caſu reſcriptum, vt reſtituatur ad quinquennium. *parte 3. tr. 2. reſolut. 62.*

Aut metus ſemper durauit.

6 Aduerte ſecundò, dictam Concilij diſpoſitionem habere locum etiam in profeſſione nulla, ratione Conuentus non aſſignati iuxta decretũ Clemẽ. VIII. non obſtante decreto D. N. Vrbani